

FELICITATEM CONJUGALEM

Viro

*Reverendo, Clarissimo, Doctissimo,*

**Dn. M. ABRAHAMO, ANDRÆ F.**

**ECCARDO,**

**Ecclesiæ Namslaviensis Diacono**

**Fidelissimo:**

Virginum

*Honestissimam, Lectissimam, Pudicissimam*

**ANNAM,**

*Consultissimi, Clarissimiq; Viri,*

**Dn. PAULI NEANDRI,**

**Advocatiæ, quæ Vratislaviæ est,**

**Præfetti Dignissimi Spectatissimiq;**

*Filiam,*

*An. Chr. cl<sup>o</sup> l<sup>o</sup>c XLV. A.D. VI. Non. Majas*

*in matrimonium ducenti,*

non minùs præsentem gratulantur,  
quam futuram precantur omnimodam,


*Parens, Fautores, Amici, Cateriq;*

*& Novorum Conjugum,*

*& familiarum utriusq;*

*honoratissimarum*

**percupidi ac studiosi.**



**BRESLÆ, è Musæo Typographico BAUMANNI.**



**V**ix tibi, mi Fili, possem magè fausta precari,  
Dum venit in thalamum Sponsa venusta  
tuum,

Ac si conjugium prorsus tibi tale voverem,  
Quale mihi fuerat cum Genitrice tua:  
Hæc mecum vixit duo lustra & quattuor annos,  
Quin &, quæ superant, hebdomadas tredecim.  
Annus at unusquisq; dies velut unica, visus  
Est mihi. Sed quid idem præstitit? Unus Amor,  
Quo nimium quantum me dilectissima fovit,  
Donec ei placidæ vita superstes erat.  
Ædibus in nostris diras non se vimus iras;  
Pacis quippe colens cor utriusq; fuit.  
Princeps pacis eò, nos inter, mansit JESUS,  
Disponens nostram pace virente domum,  
Nec nobis unquam benedictio defuit alma,  
Si rem fortunæ, si subolem videas.  
Hinc, nos Conjugio, pia corda, virere beato,  
Senserunt. Melius numne vovere queam?  
Quod si verò, tum teneræ ratione juventa,  
Quorum vis horum non meminisse potes;  
Cernito, quæ me nunc foveant socialia lecti  
Fœdera! næ gaudent prosperitate pari:  
Septimus & decimus, Majo hoc, absolvitur annus,  
Ex quo sunt nobis vincla ligata tori.  
Auribus hausistin quæ jurgia, tetra ve litis  
Fulmina, sollicitis fulmina plena malis,

Quæ

Qua sint, inter me, sata, Nate, tuamq; *NOVERCAM*?  
 Dices, nulla scio; Nescit & nullus homo.  
 Ipsa meum Cor est, animi mea sensa facessens,  
 Nec nutu nostrum ledere cor cuperet.  
 Siquid & adversæ contingit pectora sortis,  
 Fert mecum patiens tormina quæq; crucis.  
 Nec thalamo desunt suavissima pignora nostro,  
 Sed pollet gratâ fertilitate domus.  
 Quin & pane sumus contenti quodotidiano,  
 Quem tribuit domui dextera larga DEI.  
 En mihi talis erat, Fili, tua Mater amata!  
 Et tali me nunc Conjuge *JHOVA* beat!  
 Cuncta sed ista tibi, quæ me fovère soventq;  
 Commoda Conjugii, corde vovente precor!  
 Si meliora velis, cupiat meliorave *SPONSA*,  
 Concedat vestro singula *JHOVA* toro!

Instinctu patrii scribebam  
 ductus amoris

*ANDREAS ECCARDUS*  
 Pastor Namslaviensis  
 Sponsi Parens.


---

**I**ustitia & Pietas nexu ut junguntur amico:  
 Sic Sponsus Sponsæ jungitur iste suæ.  
**V**indicis est juris plæclari nata *NEANDRI*  
 Sponsa, puellârum pulchra corona chori.  
**S**ponsus Pastoris natus virtutibus auctus,  
 Ipse Pater pius est, filius ipse pius.  
**C**andor inest Sponso, virtus non ultima Candor,  
 Sponsaq; Iustitiâ condecorata nitet.

Quam bene conveniunt & amore morantur in uno,  
Iustitia & Pietas, Sponsus uterq; bonus.  
Vivite concordēs, unum sit velle duobus,  
Unus sit vobis lectus, & unus Amor.  
Unus Amor multā faciet vos prole Parentes,  
Uno contentus commoda multa capit.

DAVID BOHEMUS *Ecclesiæ*

*Bernstadiensis aulicæ & Oppid. Pastor  
Presbyt. Ducatus Olsn: Sen: & Consi-  
storii Adsesor.*



Anagram.

ABRAAMUS ECCARTUS.  
TU CARUS CARAM BEAS.


Dulce decus famæ sanctis sudoribus apte,  
Namslenses, ABRAAME, greges dum gramine ver-  
Ætherei pascis, per florida rura Sionis; (bi  
Tandem digna tuis votisq; reperta toroq; est,  
Virgo NEANDRINE, clari generosa Parentis  
Proles, atq; sui præsignis adorea sexus;  
Quæ ceu cara tibi, sic tu quoq; carus eidem es.  
Jamq; illud superest, ut quorum copulamentes  
Unanimes neclit, neclantur corpora. namq;  
Quid prodest, quod tu ANNAM animo non spernis ABRA-  
Si, dum tu vigil inservis Namslensibus aris, (ME,  
Illa suis Breslæ sociat a parentibus urbe,  
Herbigradæ tacitum domiportæ transigit ævum. ?  
Non ANNÆ sine te porrò licet esse beatæ:  
Non sine eâ tibi sat pariter licet esse beato.  
Ergo tuis Nympham properes inducere tectis.

Entibi

En tibi formosi blanditur gratia veris;  
 Majus & immensi pictor scitisimus orbis,  
 Innumeros florum populos tellure refundens,  
 Ornandis offert foribus, thalamoq; pudico.  
 Ergo veni. Tibi clamabit chorus omnis Amantum:  
 Sponse BEAS CARAM TU CARUS: & ipsa vicissim  
 Te carum sibi, cara beat. Gratemur; & ILLUM,  
 Qui Sponsis veræ pietatis amantibus unus  
 Cuncta beatificat, votorum ardore precemur,  
 Ut, facibus castis qui mutua corda beavit,  
 Munere vitæ diuturno, corpore sano,  
 Sanâ mente, opibus, concordia pacæ, frequenti  
 Progenie, reliquisq; bonis felicitet ambo.  
 Utq; diu, Sponsiq; Pater, Sponsæq; Parentes,  
 Quorum ego amicitiam nitidis præverto smaragdus,  
 Sic fieri cernant gaudenti pectore, certi,  
 Ducere se terris non posse beatius ævum,  
 Quàm si cum Natis videant florere Nepotes.

Quod  
 paternarum amicitiarum memor,  
 Parentibus simul & Liberis  
 precabar corde

M. ELIAS MAJOR Vratislaviensis,  
 P. L. C. Gymnasii Patrii ad D. Eli-  
 sabetæ Rector & Professor, cætera-  
 rumq; ibidem Scholarum Inspector.



**C**Ui Deus & Mater benè vult, huic Filia Verbo  
Sponsa fit, ut pasfim mobile Vulgus ait.  
Hoc expertus Ego quondam, cum strenuus irem  
Mercatum Vxorem, Sponse verende meam.  
Ire velim tecum, rogitas, sed saucius icu  
Irædivinæ, Pes negat Officium.  
Irem, si possem, sed cura domestica Gnati  
Tabentis, penitus devorat ossa mea.  
Hinc absens Voveo, præsens quod corde Voverem,  
O Templi nostri Faxq; Decusq; tibi.  
Det Deus Omnipotens, Thalami cui gaudia curæ,  
Et castam pesum non finit ire domum.  
Conjugium ut vestrum sit Gratum Vtriq; Parenti,  
Gratus ut es Namslæ Civibus ingenuis.  
Ter quater es Felix, ô Sponse, in Coniuge tali,  
Et tali Felix, Anna pudica, Viro,  
Dignor haud aliâ superest, Eccarde, Marita;  
Dignior haud alio, Nobilis Anna Viro,  
Vivite felices, viridi, post, tempore Maij  
Cum Vestris, violas carpite, pignoribus.

*JOHANNES WOLFFIUS*  
*Consul Namslav.*

---

**N**Æ meret egregiam duplex Coniunctio Laudem,  
Quam, Neonymphe, tuo crede placere DEO.  
Es Mystæ charo Coniunctus Mystæ Parenti,  
Nec studio Domini verba minore doces,

Est

Est in conspicuo Spectamen amabile Templo  
Filius in parili junctus honore Patri.  
*Jam, per vincla Tori, dilectæ jungeris ANNÆ,  
Quæ decus omne probæ Virginitatis habet.*  
Et junctore DEO, DEUS est, qui pectora jungit,  
Qui post disjungit morte piâ, DEUS est.  
Vtraq; conceptis par sit Conjunctio votis:  
*Hæc Sobolem Generi seminet, illa DEO,*

*Ita seriò precor*

*M. HENRICUS CLOSIUS*

*Gymnasii Magdaleni*


*Rector.*

**V**Ota pii calamo fundunt feruentia raptò,  
Jam tibi met Sponso, chare Abrahame, novo,  
Penelopen Sponsam tibi ducit ille; sed alter  
Vel Paphiam aut pulchrum vult Paphiæ esse ge-  
Pallade Cecropiâ ast aliis præstantior illa est, (nus.  
Parte aliâ his aucto Gratia quarta choro.  
Thure precum Furiâs hi toto à limine pellunt  
Ac Circæa procul carmina dira fugant.  
Hi thalamo molles violasq; rosasq; tenellas,  
Delicias sternunt nempe iocosq; meros.  
Ille addit Cererem facilem plenisq; canistris  
Tecto infert, duramq; eiicit inde famem.  
Quin tremulas, tanta est aliis fiducia cunas,  
Quas moveas, lætâ iam tibi voce ferunt,

Ast

Ast ego nil præter JESUM, qui cæpta secundet  
Conjugiumq; tuum firmet ab axe, fero.  
Qui JESUM, cuncta hic pariter tenet, ille bonorum  
Quæ cupis in gremium funditet omne genus.

MELCHIOR SMOLIUS Pastor  
in Redzevitz & Dalbersdorff.



M. ABRAHAMUS ECCARTUS  
*per Anagramma,*  
SUB - CHARAM CARUS AMET.



ANNA NEUMANNIA  
*per Anagramma,*  
EN MANNA; AN? NAVI,  
*Evolutio.*

Sive tua antrorsum SPONSÆ, ô ECCARDE, retrorsum,  
Seu nomen spectes, ANNA, subinde sonat.  
Cancrinum hoc Nomen: Cancrinum more retrorsum  
Serpēt? Non. Nomen nec tamen Omen habet,  
Quos semel amplexa est constans servabit Amores,  
Riseric aut bona fors, aspera sive tonet.  
Tu quoq; sis Constans, nunquam subsiste; sed ANNAM,  
CARAM CHARUS AMET; sitis amore pares.  
EN, hæc ANNA, tibi fiet sic MANNA, beabit  
Nectare & Ambrosiâ Corq;, Animumq;, tuum.  
Hactenus omnimodis fuit heu exposita periculis  
Tota domus, nec non Res tua priva simul;



*AN caelebs igitur porro tibi vita gerenda?*

*Tutius AN casti jura ineunda tori?*

*Postremum placuit, suasit diuina Voluntas,*

*Suasere cuncti, corde favente, Boni:*

*De NAVI potius meditandum, quilibet autor*

*Ecce fuit, formâ, quæ, pietate gravis, Proverb. 31. v. 40.*

*Cui tua concedas bona, quæ cum fenore magno*

*Sæpius ad portum commoda multa ferat.*

*ENTalis tibi nunc NAVIS ditissima remis*

*Contingit validis, sic moderante DEO;*

*Ergò vela dato letans, hæcque utere NAVI*

*Felici cursu, cum Zephyrisq; bonis.*

CHRONODISTICION

*Annum, mensem, diemq; Nuptiarum, continens.*

*ALtera LVX MaII fVLgebat, saGra Vbi BresLa*

*ConnVbII, ECCartVs, festa parabat oVans.*

CHRISTOPHORUS ALBINUS

Breslæ ad D. Bernhardini

Diaconus.

~~~~~  
**E**CCARDO NEUMANNA proco lectissima tandem

*Nubit, & ad thalami limina sera venit.*

*Irrita vota diu fati mutata voluntas,*

*Gratia vel cæli, nunc jubet esse rata.*

*Nunc paranympus Hymen fastidia pensat abunde,*

*Et precium ponit grande Cupido moræ.*

*Tot steriles tractas inter suspiria noctes,*

*Plena voluptatis diluit una bonæ.*

Quæ citò contingunt, nec in usum commoda sem-  
Sera licet veniant gaudia, grata tamen. (per:  
Aspice virgineum Sponsæ sine crimine monstrum:  
In cuius vultu Veris imago niter.  
Majus humum stellis florum depingat Apelles:  
En nova nupta suo corpore tota Rosa est:  
Sol splendore suo renovato rideat orbi,  
Et Zephyrus blando basiet ore solum.  
Det modònympha suo tercentum basia amanti,  
Nectaris ambrosii mellea melle magis.  
Ac philomela melos variato gutture fictum  
Tinniat, & tireli tirlire alauda suum:  
Sed Sponsum capient plus byssina verba puellæ,  
Gratior & risus proditor ille nurûs.  
Ac ut avis lateri sibi lectæ conjugis hæret,  
Sic soli discet nupta placere viro.  
His dotata bonis, junctâ cum laude pudoris,  
Hac alias aptâ provocat harmoniâ.  
Indidit ingenuæ Pater hunc virtutis amorem,  
Ille æqui Minos, justitiæq; tenax.  
Ac mater pietatis amans castiq; pudoris,  
A teneris Gnatam flexit ad omne bonum.  
Ut bona consimiles profert arbuscula fructus:  
Sic bonade simili filia matre venit.  
Quæ prius in patriis bene paruit ædibus, illa  
Asyescet placido more subesse viro.  
Et tu si talem cupies ECCARDE maritam;  
Ipse maritalis sis memor officii.

Pareat & pariat Conjux ut lege jugali,  
Tu fac, quod fieri à Conjuge deinde velis.  
Agricolas imitare bonos qui veris in hora  
Non sine seminio rura jacere sinunt.

*Sacro Nuptiali occasione temporis  
allusit*

*CHRISTOPH. COLERUS.*

**P**ersuasum fuerat vulgo de gente Quiritum  
Antiquâ, Majo nubere mense malum.

At contrâ Persæ connubia nulla probabant,  
Præter quæ verno tempore contraherent:

Sic alijs alia est sententia gentibus, & pro  
Religione suâ, hæc vel magis illa placet.

Sed nihil ad nos hæc gentilia, pagina verbi  
Divini longè nos meliora docet.

Quæ modo legitimè Christi in nomine fiunt  
Cum prece cumq; Deo fœdera conjugij,

Hæc rata sunt, & grata Deo connubia, eritq;  
Et Majo, & quovis nubere mense bonum.

Et sic dum vitæ sociam Tibi, Vir Reverende,  
Legitimè Majo jungere mense paras.

Non quid Romani, quid Persæ, aliæve profana  
Gentes hic statuant, Te Neonymphe movet.

Sed satis est, ut quæ celebras Sponsalia latus,  
Cum prece cumq; Deo caperis & peragas.

Sic bene cuncta cadent, sic omnia fausta sequentur,  
Sic Tibi erit Majo nubere mense bonum.

*BALTHASAR THOMAS  
Reipub. Nambsl. Syndicus.*

**P**erfectè bona sunt, & sunt conformia quæq; ;  
 Si constant posuit ceu Deus illa sibi.  
 Ac melius nequit effingi, quam Jova paravit  
 Conjugium vobis. Taliter esse precor.  
 Nempe precor; Vester pylis numerosior annis,  
 Sit Patriarchiaco fertiliorq; torus.  
 Et mage quam tactum permollia, dulcia gustum  
 Oblectant, thalamus deliciosus eat,  
 Grator & cantu Philomelæ, suavior omni  
 Vocis, vel vivæ fictitiæq;, sono.  
 Quamq; rosæ redolent, vel lilia suavior extet,  
 Lenior & bysso, sericeisq; colis.  
 Et mage quam rutilus Sol, cœlum quamq; serenum,  
 Stellarumq; decor, splendeat iste torus!  
 Excedit tamen hoc votum, si dixero; Vobis  
 Conjugium maneat quale Jehova facit!  
 Excellat precor is quem format Gratia Jovæ  
 Vester fortunæ Conjugiiq; status.

\* \* \*

**B**reslaw deinen Nutz sucht aller Leute Sinn.  
 Das Wasser fleusst fort nach Breslaw von uns hin  
 Führt Fisch und Baaren mit. Und was uns guttes trägt  
 Das Feld/der Wald/die Lust/in dir wird abgelegt.  
 In vieler Länder gutt in dir man reichlich find/  
 Den zufluss nicht verwehrt noch Krieg/ noch strom/  
 Die Liebesthessene wohl ihrer Liebe läste (noch wind.  
 Darbringen/wollen auch sein deines nuzes gäste.  
 Bald kompt zu dir von uns ein Breutigam oder Braut/  
 Bald kompt von dir zu uns der in den Ehstand baut.


Du

Du theilest wieder mit von deinen besten Dingen  
 Den Freunden/wie sie dir von ihren Früchten bringen.  
 Von deinem reichen gutt man widerumb abführet  
 Was dient zu Lust/zur Noth/was heilet/nehret/zichret.  
 Weil du so gütig bist/nimbst an/vnd giebest Breute;  
 Sind wir so freundlich dir vnd holen sie vns heute.  
 Wie nun dein Nutz von vns/vnd vnser auch von dir  
 In ihrer innung groß/so wünsch' ich sey hinfür  
 Euch newem Paar sehr Groß der Nutz vnd das begnügen/  
 Wendann wird seinen Nutz eins an des andern fügen.

*propinab.*

M. JOHANN. LEHMAN.

*Ecclesiast: pol: Namsl.*



**A**dfines quot habes, habes & hastas, Ein Schwärger ein Spieß.  
*Vulgi vox varii frequens. Sed illam*  
*Quam scitè facit irritam, Sileſce*  
*Namslavi grauis ille Myſtagogus*  
*ECCARDUS Pateæ, inclutumq; Breslam*  
*Tutantis Themidos Decus, NEANDER,*  
*Adfines ſimul audiunt, & uno*  
*Senſu pectoris ampliant favores,*  
*Quos vult copula ſanguinis favores.*  
*Ille quæere Filio Maritam,*  
*Et ſibi Socerò Nurum placentem;*  
*Iſte tradere geſtit, & locare*  
*Fœti Primitias Tori, novello*  
*Filiam Genero. Placet Jehovah.*

*Absq̄z omni dubio, Bonisq̄; cunctis,*

*Ampliatio tam decens favoris.*

*Ampliatio tam decens favoris*

*Plus DEO, atq̄z HOMINI placebit ultra,*

*Si, (quod digna favoris, Utriusq̄;*

*Sponsorum Pietas, decorq̄z Morum*

*Promittunt;) Thalami per omne pensum,*

*Et vita spacium, fovenda vita,*

*Sponsis esse parabitur nihil, quam*

*Ampliatio mutui favoris.*

*Hoc uterq̄; Socer vovet; vovetq̄z,*

*Qui mecum bene vult utriq̄z, mecum;*

*Ad finemq̄; probat favore nexum,*

*Nexu Sagvinis, arctius ligari.*

*Inunc, Aje, dicax cicada circi;*

*Et, ni forte velis, quibus Davidem*

*Masculè Jonathan tuetur, hastas;*

*Verè cum trivio negato dici:*

*Ad fines quot habes, habes & hastas.*

*Ἐπιθεξιωστος ἔκκλις scr.*

**M. VALENT. KLEINWECHTERUS**

Gymn. Magdalen. Conrector.

---

**O** Mnigenam Sophien callens, Eccarde, Magister,

Namslensis cathedræ pars veneranda sacrae!

Justitiæ trutinâ Prætoria fata, NEANDER

Causarum, in clarâ, Bresslicus, Urbe rotans.

Ornatam Tibi Conjugij per fœdera Gnatam

Moribus, in thalamos, & pietate, dabit.

Huius

Hujus ad officij genus observator Hygeiæ,  
Ex imò cordis prospera cuncta precor;  
Quæ vel Theologus, vel Juridicina precari  
Ritè piis Sponsis, vel Medicina potest.

GEREMIAS HULDENREICH, à  
Lichtenfeldt / Med. Namsl. hono-  
ris & amoris ergo scrib.

PROsit Conjugium, Frater charissime, prosit,  
Aq̄ tuis Tædis sit procul omne Malum.  
Festiná manu ad jiciebat Sponsi

Avunculus

BALTHASAR Haupt / Pastor  
in Agro Mangschitz.

QUEm Vittebergæ vidi cum Laude Magistrum,  
Et Namslæ verbi Divini deinde Ministrum,  
Hunc Breslæ video Sponsum; tria dona Jehova  
Prosperet ex alto, serpetq; in secula trina.

M. MARTINUS ZOBTE  
Animarum Pastor apud  
Strelitenses.

QUam lata dies, Tibi, Sponse, refulsit, ABRAHME,  
Quâ casti gaudes vincla subire Tori?  
Hinc, alij charo cum fundant pectore vota,  
Cur ego fida Tibi vota precesq; negem?  
Proposito faveat Deus, & det vela secunda,  
Dum peraget ceras noxq; diesq; vices,

Inco-


Incolumem Te cum Sponsâ conseruet amicâ,  
Executiat morbi semina cuncta mali.  
Protegat & dextrâ tecti penetrabile potenti,  
Illud ne gravibus sors premat atra malis.  
Exsurgat thalamo suboles numerosaq; vestro,  
Optatò quæ vos exhilarare queat.  
Deniq; cor vobis concors det JHOVA benignus,  
Donec vos Idem sumat ad astra poli!

Dn. Affini suo

Hac vota ex imis animi penetrabilibus optat

ZACHARIAS RUDELIUS

Pastor Reichenfis.



Auff seines alt-vertrauten / Brüderlichen Herzens / Freundes

Herrn W. Abraham Eckards

Hochzeit.

**W** Er bloß auff Einsamkeit im Leben ist beflissen /  
Der hasst sich selbst / weiß nicht / was Weise Leute wissen /  
Daß keusche Liebe sey das bäst' in dieser Welt /  
Wormit man Gott und auch den Menschen wohl-gefällt.  
Er denkt zwar Himmel-hooch / muß dennoch unten stehen /  
Und zien das Liebes-fooch; gar Niemand kan entgegen  
Der Venus uhrteil; die zu lieben nicht gedacht /  
Hat Hymen endlich gar geschwind zusammen bracht.  
Und du / Herr Bruder / der du mein bist von Gemütte /  
Hast dier verloobt / die Nier verwandt ist am Geblütte?  
Es geh' Euch wohl! Ihr seid ein gleich gepaartes Paar /  
Dem Gott Apollo selbst / mit seiner Tochter Schaar /  
Zu Ehren singen: seht / der Venus Empostirer /  
Der güldne Hesperus / der Sternen Einfurirer /  
Läßt sich gleich sehn; die Nacht / das sehr verschwiegne Kind /  
Erwekket auch zurecht / des kühlen Suden-wind;

Drum



Drüm geht/gebrauchet Euch der gutten Zeit und Stunde/  
Vnd heilet / wie Ihr könnt / die Barte Liebes-Wunde:  
Ihr Frauen/sagt der Braut noch heut das Braut-Recht für /  
Denn über morgen wird Sie doch schon seyn wie Ihr.  
Samuel Butschky.

Εὐπράξεν καὶ εὐγαμεῖν τοῖς Νεογάμοις.

**S**Ponsa suo Christo velut est Ecclesia juncta :  
Sic Sponsa Sponso sit nova juncta novo.  
Diligit illa suum toto de pectore Christum :  
Sic Sponsa Sponsum diligit hęc etiam .  
Illa suæ nescit Fidei violare Valorem :  
Nesciat hęc etiam frangere jura Tori.  
**A**Formæ Specie laudatur Sponsula Christi :  
Et Sponsam nostram nulla litura notat .  
Est expers omnis Fastus Ecclesia : Sic &  
Fastus in hoc pulcro corpore nullus adest.  
Sponsa, Modesta, λόγος simul & pia, tota pudica ;  
Hocce novam Sponsam constat habere decus:  
Est illi curæ Sponsus super omnia Christus :  
Sic Sponsus Sponsæ sit quoq; cura novus.  
Sponsa DEI verbo velut hęc Ecclesia Christi  
Progignit Subolem tempus in omne piam :  
Sponsa suum faciat sic Sponsum prole parentem ,  
Cum Natâ Natus ludat ut ante pedes.  
Postera destituant Homines ne secula Natos ,  
Qui JOVAM verâ Relligione colant .  
Utq; triumphabit post hęc Ecclesia Fata :  
Tandem cum Sponso Sponsa triumphet ita .

Cum Christo teneros Agnos sejunget ab Hircis  
 Et dabit Electis præmia grata suis.  
 Interea juncti *concordi vivite lecto,*  
 In VOBIS sit MENS UNA, sit UNUS AMOR!  
 Non vos turbet *ëpis*, sed *ëpous* pia pectora jungat;  
 Frigeat o nunquam vester AMORE TORUS!  
 Hoc Pater Omnipotens summi Fabricator Olympi  
 Et, cum Divino *Flamine, Christus*, agat.

*Aliud*

Alt das Eheliebende Paar.

|                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                              |                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                                    |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p><b>A</b>lles gleich auff's Neue lebet/<br/>     Wann die Sonne laufft im<br/>         Stier/<br/>     Und der May mit seiner Zier<br/>     Allbereit für Augen schwebet.<br/>     Und ihr solt ohn Lieb und Freud<br/>     Führen eure Lebens-Zeit?<br/>     Alle Vögel in den Lüfften<br/>     Alle Fischlein in der See/<br/>     Alles Wildniß bey dem Klee<br/>     Sieht man neue Heyrath stiften.<br/>     Ihr wolt ohne Lieb und Freud<br/>     Führen eure Lebens-Zeit?<br/>     Schaut / wie schnäbeln sich vñ hecket<br/>     Aller arten Tauben-schaar.<br/>     Seht wie keuzet Paar und Paar<br/>     Und der Liebe Wollust schmecket?<br/>     Nur ihr wolt ohn Lieb und Freud<br/>     Führen eure Lebens-Zeit?<br/>     Feuer / Wasser / Luft und Erde/<br/>     Was auß denen ist gemacht<br/>     Wird zur Liebes Lust gebracht/<br/>     Daß diß Runder erhalten werde.<br/>     Wie solt ihr ohn Lieb und Freud<br/>     Führen eure Lebens-Zeit?</p> | <p>Dencket / wie die Sonne stralet/<br/>     Daß der Blumen stolze Zier<br/>     Kommt mit aller Macht herfür /<br/>     Und in bunten Röcken praler.<br/>     Ihr wolt nur ohn Lieb und Freud<br/>     Führen eure Lebens-Zeit?<br/>     Wer bey so gestalten Sachen<br/>     Euch nicht lobt / ihr liebes Paar /<br/>     Wann ihr nembt des liebens war?<br/>     Der ist billig außzulachen.<br/>     Denn so könnt in Lieb und Freud<br/>     Führen ihr die Lebens-Zeit.<br/>     Nun was ihr bisher begehret<br/>     Das schenckt euch der Wüñe Man?<br/>     Wol / der seinen liebes-Kahn<br/>     So in sichern Ort gewehret:<br/>     Denn der kan in Lieb und Freud<br/>     Führen seine Lebens-Zeit.<br/>     Ey so liebt und lebt beyssammen<br/>     Ihr nunmehr verliebtes Paar<br/>     Über zweymal Sunffzig Jahr<br/>     In erhitzten Liebes-Flammen.<br/>     Wiß ihr endlich ohne Leyd<br/>     Endet eure Lebens-Zeit.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Den stand der süßsen Eh / die Erde wird geliebt  
Vom Himmel wenn Er Ihr den tau vnd nässe giebt  
Hiermit pflegt die Natur dem Menschen vorzuschreiben  
Daß Er in Einsamkeit nicht allzeit solle bleiben/  
Er solle doch auff sich auch einmahl geben acht /  
Vnd so viel möglich wehr' auff Heyrath sein bedacht.  
Herr Schwager wohl nun Euch das Ihr ohn viel bedenckē  
Habt Ewer Herz vnd Sinn auff Liebe wollen lencken/  
Nunmehr habe Ihr erlangt der Liebe grössen Loh'n/  
Dehn Euch ertheilet hat der Venus kleiner Sohn/  
Ihr habt nach Ewrem wunsch die Liebste schon in händen/  
Die wird sich auch zu Euch mit gegenliebe wenden.  
Gebraucht Euch nur der lust die Euch der Himmel  
Vnd küßet Euch recht satt so viel Ihr jm̃er könt. (gönt  
Die Br. ut gibt Euch Ihr Herz / gebt Ewres Ihr dargegen/  
Als dann so könt Ihr Euch gar wohl zusäme legen/  
Vnd htermit gutte nacht schlafft süß vnd wohl bedeckt/  
Sagt morgen wie Euch hat die Erste nacht geschmeckt.

Paul Klement.

~~Quam Patriacha Pater credentium munere Jhova~~

Quam Patriacha Pater credentium munere Jhova  
Obtinuit Costam, gavisa est Nomine Sarae.

Sara fuit veluti Pietatis idonea cultrix:

Sic, SPONSE, SPONSÆ sit Cor Pietatis abundans.

Ut Saram ornarit perpulchra modestia Viræ:

Summus sic ANNAM Jehova pudore coronet.

Ut thalamus Sarae caluit speratus amore:


Sic minimè vestros odium perturbet amores.

Sara

Sara velut pacem coluit ceu pacis amatrix:  
Sic thalamo in vestro vigeat pax aurea semper.  
Ut fuit ipsa domus sapiens & strenua Rectrix:  
Costa futura regat tua sic feliciter ædes.  
Ut tandem Saræ thalamus fuit haud sine prole:  
Sic Tua progeneret Natos ex ordine longo.  
Hæc precor ex imo Tibi pectore, Fautor amande,  
Eventum nutu confirmet Magnus Iöva.

CASPAR Diring/ *Monsterb. Sil:*

Scholæ Namsl: Synergus.

  
**D**Um VERBI Mystes Nympham virtutibus auctam,  
Fœmineiq; Chori Nucleum, quem clara Budorgis  
Jam capit! in Thalamum socialj fœdere ducis:  
Mille pio, duxi fas; corde profecta precarij  
Vota, Toro cedant quò Fata secunda novello;  
Vota mea adjungam reliquis: Tua fama meretur.  
Sit Plastes Vobis vexus socialis & Obses  
Dexter, sint Charites dextræ, sit dexter Apollo:  
Ne calidas spargat rixas furialis Erynnis;  
Ast potius vestras societ Pax candida mentes!  
Sanctum det Flumen socium florere Cubile  
Fœtibus, & Torus à Fato sit liber iniquo!  
Vos beet alma TRIAS multâ, cum pace, salute!  
Vivite felices, superantes Nestoris annos!  
Sed sat; ego ri vos claudam: calidissima vota,  
Quæ vovj, dextro confirmet Numine Iöva.

MATTHEUS CRIEBEL.

**U**mbra velut corpus: sic artis nescia doctos  
 turba VIROS sequitur; viribus absq; licet.  
 Dulciloquos pariter mea vox strepit inter olores;  
 Et sacra vota sacro nunc canit illa die.  
 Doctorum radiis quò mens tenebrosa coruscet,  
 ut sole à roseo Gemma sepulta micat.  
 Propterea Sophicas inter, celeberrima, stellas;  
 Affectum redama: do quod Apollo dedit.  
 Utere, Sponse, Tuo perlatus tempore lato:  
 Nam festos mores poscere festa, tenes.  
 Glutine perpetui Sociæ sociatus amoris  
 ANNÆ, pacatus secula dena vale.  
 Et quamvis bino modo vivas corpore: Claris  
 Una tamen Sponsis Mens sit, & unus amor!  
 Mensibus ut novies triplicati corpora lapsis:  
 Cunarum vegeti murmura grata bibant!  
 JOVA, Cupido, Ceres: pietate, calore, Salino:  
 Ampliet, æquet, alat: Corcula, Membra, focum!

### Rägel.

**E**s ist geweest / eh alle ding erschaffen;  
 Vnd wird auch sein / wenn alle ding entschlaffen.  
 Durch dieses muß die ganze Welt bestehen:  
 Za wenn es weicht / wirstu vnd ich vergehn.  
 Sein Namen ist / wenn man es rückwärts stellet  
 Ein solches thun / darmit man Bäume sellet:  
 Nu denke nach was dieses möge sein /  
 Es ist nicht Holz; nicht Gold; vnd auch nicht Stein.

Verschränckstu dann in mitten die Buchstaben/  
 So wirstu bald des Lebens Wohnung haben.  
 Dud so man mit dem Wörtlein weiter scherzt/  
 Bekompt man auch das schwerste von dem Ergt.  
 Diß edle Werck ist stärker als der Bürger  
 Der eytelkeit: bistu nicht auch sein Bürger?  
 Ich sage frey: der ist kein kluges Thier  
 Wer ihm nicht dient: ey lieber glaube mir/  
 Drum wil die Braut nicht mehr alleine liegen;  
 Drum wird sie auch im Zehnden Monden Wiegen.

CHRISTIANUS CALIXTUS

Th. Ph. Studiosus, juniorum  
 à Ditsfeldt p. r. Præceptor.

Quod prædivinum Numen conjunxit in unum,  
 Id terrenus homo dissociare nequit.  
 Te neclant & Te cælestia Numina jungunt  
 ABRAHAM, sacri stella corusca Libri.  
 Ergò mundano generi turbæq; draconum  
 Non licitum, à Sponsâ Te revocare tuâ.  
 Sit ceu ramosis vitis fœcunda Corymbis  
 Exurgens domibus Sponsa pudica tuis.  
 Sint ceu frondosus ramus frondentis Olivæ  
 Pignora, apud mensas, Sponse, futura tuas.

SAMUEL MUROVIUS. SS.  
 Theol. Studiosus.

**T**une Maritalem gaudes conscendere lectum,  
 O mihi fraterno pectore chara soror?  
 Sic est. Et læto dignum puto Carmine factum.  
 Quod sacer Ordo probat, quod Deus ipse probat?  
 Ipse tuo Sponsus censetur dignus Amore,  
 Tu quoq; , Tu Sponso, digna putare tuo,  
 Illi laurigeram Witteberga Sophia corollam  
 Texuit, Ingenij munera certa cati.  
 Laude pudicitiae Charitum Te triga coronat  
 Exornans Mentis dona probata tuæ.  
 Gratulor hanc, dilecta soror, de pectore sortem,  
 Quæ Tibi de cælo Numine dante datur.  
 Non Te sanguineo Mars tereat improbus ense,  
 Sed recreet donis Pax veneranda suis.  
 Sponsus Nestoreos vivat feliciter annos;  
 Tuq; Sibyllinæ secula vatis agas.  
 Seu Breslæ, seu Namslavi sit vivere cautum,  
 Fortunet vestram dia Pronæa domum.

*Hæc in gratiam non minus Rev. Dn.*

*Ad finis quam dilectis s. Sororis*

*apponebat*

**PAULUS NEANDER Jun.**

**V**er nos jucundum Natura Lege revist,  
 Quo Pecudum Gens læta salit, Sylvaq; virescunt,  
 Atq; suos repetit cantus Philomela suaves.  
 Frigora nunc Hyemis propior clementia Phœbi  
 Laxat, Et augustum verno de limite cogit  
 Longius ire diem: Nunc dulciter omnia rident,

Nympharumq; chorus rursum se oblectat in hortis:  
Hæc tenues carpit violas: rosa carpitur illi;  
Huic calthæ; verum sunt illi lilia curæ;  
Hæcq; Procofertum, Sponso, sed præparat illa,  
Has inter, Fratri, Tibi neçtit Virgo coronam,  
Filia nempe Viri clari & gravis, ANNA NEANDRI,  
Qui prisca virtutis homo, Jurisq; peritus.  
Sed qualem imprimis præbet Tibi, Sponsa, corollam?  
Nempe cor egregiis virtutum floribus auctum.  
O vireant, vigeant, prodant hi commoda mille,  
Quæ nemo dirimat, nisi fata trabentia mortem!

Hæc tenui venâ,

sed fido corde precatur

CHRISTIANUS ECCARDUS

SPONSI Frater.

Als mit der finstern Nacht die Sterne weggeflogen/  
Kam Memnons Mutter her mit ihrem Licht gezogen/  
Es spannte Cynthius die Feuer Pferde an/  
Und fuhr aus Ethiops reich auff die gestirnte bahñ:  
Da sprach der Musen Prinz zu seinen Castalinnen:  
Ihr Töchter / kommt mit mir / Wir wollen von den Zinnen  
Des grünen Helicons / der Sonnen auffgang zu  
An einen schönen Ort / da Flora ihre ruh/  
Und eigne Wohnung hat / zusammen außspazieren:  
Ich wil an meinem theil die Eyer mit mir führen /  
Ihr / nehmet auch mit Euch der Cymbeln süsse lust /  
Und was Euch lieb mag sein. Denn Euch ist wol be-  
(wust /

Was



Was wir vor freudenvost von dem Mercur bekommen.  
 Da dieß das Musen Volck vom Vatter kaum vernemen/  
 Da macht sich alles auff / vnd giengen also fort/  
 In vollen Freuden hin an den gewünschten Ort;  
 Apollo gieng voran. Da Sie kaum hingelangen/  
 Vnd lustig wollen sein / komit unversehn gegangen  
 Am Thamme / (der nicht weit von diesem Orte war)  
 Vom Oderstrande her / der Zarten Nymphen schar/  
 Doch leyd vnd traurens voll. Apollo bleib da stehen  
 Vnd sahe / wo sie hin am Wege würden gehen:  
 Drauff schrie Er ihnen zu: Ihr keusches Volck wohinz  
 Wie ist es / das ihr denn so traurig seyd von sinn/  
 Ihn nahmen aller fieng die Nais an zusagen:  
 O grosser Musen Fürst / wie solten Wir nicht klagen/  
 Der Venus blinder Sohn Cupido hats gemacht/  
 Der hat vns allesambt zu solchem trauren bracht.  
 Er hat durch seine list / von vns hinweg geführet  
 Vnd durch der pfeile macht bis an das Herz berühret  
 Die Schönste vnter vns / der Nymphen höchste Bier  
 So viel tezt onser sind am Oderstrand allhier.  
 Denn eben diese istis / dehr ander Schöne weichen  
 Die Galatæa muß / vor welcher muß verbleichen  
 Des Cepheus Ehgemahl / Casiope zulezt/  
 Ob sie sich gleich vorhin den Nymphen vorgesetz  
 Aus lauter übermuth. Wievol sie sich gehalten/  
 Wie sie zu jederzeit der Tugend pflegt zuwalten/  
 Des kan ich Zeuge sein: wie Keusch sie sonst seyn/  
 Das wird die Keuschheit selbst Hagnæa sagen freyn.

Vnd wir/ weil sie anjekt von vns wird weggerissen/  
Wie solten wir es wol ohn Trauren können wissen?  
Das trewe Schwester. Herz lest solches gar nicht zu/  
Wir haben nun vor Leid hinsüro keine Ruh/  
Weil sie bey vns nicht ist. Apollo drauff sprach wider/  
Ihr außgewehltes Volck legt nur das Trauren nieder/  
Vnd brauchet vnser lust; Ich wil defwegen hier/  
Mit meinem Musen Volck an dieses Orts reuier/  
Das Ich das Freudenfest mit aller lust begehē/  
Das eure Schwester helt; wiewol ichs gern gestehē/  
Daß lend vnd traurigkeit nicht aussen bleiben kan;  
So sehet doch vielmehr das grosse glücke an/  
Das sie dadurch bekömt. Denn dehm Sie sich ergeben/  
Durch Amors angetrieb/der ist ihr in dem Leben/  
Vnd an der Tugend gleich; Er hat durch seine kunst/  
Die alle übertriff/ verdienet ihre gunst.  
Die Pallas weiß von Ihm das vrtheil recht zufellen;  
Minerua wird Ihm auch dasbeste Zeugnuß stellen;  
Ich selber habe Ihm des fleisses höchsten Lohn  
Zu eigen dargereicht/ vnd mit der Ehren Cron  
Das Weiße Haupt bekränzt. Wie trewlich Er gelehret  
Das vnverfälschte Wort/ hat Namislaw offte gehöret.  
Ist ewre Schwester nun mit diesem glück begabt  
So möcht Ich gerne sehn/ was Ihr vor vrsach habt  
Im trawren forth zufahen? Durch dieses ward beueget/  
Das Zarte Nymphen Volck/ das es das trawren leget:  
Das Herze/das zuvor sich kränckte/ward erquickt  
Vud auß der Sinnen Welt ins freuden Thor gerückt.  
Sie

Sie fiengen frölich an zu hagen frewden-tänze/  
Vnd sahten auff Ihr Haupt gemachte Myrten kränze:  
Apollo nahm die Lehr / die andern allzumahl  
Erlungen dieses Lied / das alles Feld erschall.

1.  
Lebet / ô Liebstes Paar / lange beysammen/  
Lebet / vnd haltet einander die Trew /  
Lasset die Liebe Dertzzündende Flammen  
Allzeit in ewerem Dertzen sein new.  
Lebet im Frieden vnd stetigen Frewden  
Lebet befreyet von kummer vnd leyden.

2.  
Sehet / wie sein Euch / die Götter geneiget  
Sehet / wie alle Sie Frewden voll stehn/  
Jupiter selber vom Dimmel blaw steigt /  
Das Er die Dochzeit wil helffen begehn:  
Dymen ist überall trefflich bemühet  
Das Er nicht irgend was grosses versiehet.

3.  
Flora bringt Rosen vnd Weiße Narcissen/  
Strewet sie vnter Euch Liebendes Paar;  
Inno wil Ewer Daus täglich begrüßen/  
Bis Sie des Frewdenfestis nutzen erfahr /  
Fama verheischet auff Böldenem Wagen/  
Ewer Lobjenseyd Araxes zutragen.

4.  
Ey nun so lebet zu ewigen Zeiten:  
Bringet im Friede den Ehestand zu:  
Dercules setzte nach wichtigem streiten /  
Sich mit der Dymphale entlich zur ruh?


Ihr ob gleich offte Bellona schaffte leyden/  
Schaffet doch ohne Leyd selber Euch Freudten.  
Enoch Bläser.



**H**Actenus es visus sine Coniuge vivere vitam, (bi  
Clare Eccarde, sacri quem cernunt mystica ver-  
Dogmata, pandentem Namslei pulpita Templi.  
Verum te tandem ceperunt tædia vitæ  
Cælibis, & vitæ sociam, sociamq; Laborum  
Jugendam Thalamo tibi jungere ritè parasti.  
Anna tibi placuit laudatâ Breslidos Urbe,  
Quæ simul insignis facie & florentibus annis,  
Et simul egregiis virtutum dotibus aucta est.  
Huic curæ cordiq; manet, gratisima Cælo  
Ac Homini Pietas, semper tutissima virtus.  
Huic insunt casto sub pectore dona pudoris:  
Huic & cura Domus non est ignota regendæ.  
Si stirpem videas, clarâ de stirpe Neandri,  
Est hæc præclaris prognata Parentibus olim;  
Patre sacre Themidos Mystâ, Genetrice modestâ.  
Ergo, Sponse, tuam lætus nunc accipe Sponsam,  
Quam soli summum tradit Tibi Numen Iovæ;  
Expetiere licet non pectora pauca procorum,  
Annuat his captis, stellata palatia cæli  
Qui regit imperio; cui sunt socialia curæ  
Fœdera, qui primus duo pectore junxit amore!  
Vivite, felices peragendam vivite vitam;  
Vivite concordēs, ut dulci fadere junctis,

Vobis.

Vobis idem animus, par sit Concordia facti.  
 Annosæ vatis producite tempora vitæ;  
 Prole frequente Torum replentes, Pignore Cælum.  
 Si quæ vota fero Cordis concepta latebris,  
 Pondus inesse Deus, quod fervidus opto, jubebit;  
 Ecquid vestra magis, Par Nubile, Corda requirant?  
 CHRISTOPHORUS LERCHIUS.



L. S.

*Quæ sequuntur quatuor Epithalamia, justò tardius sunt exhibita: eapropter in hunc rejecta sunt locum, alioquin in primis, prioribusvè subsellis suam sedem, ipsorum Auctorum meritissimo, adeptura.*

*Amabilissimo Sponsorum pari*  
 Dn. M. Abrahamo Eccardo Diacono  
 &  
 Annæ Neandrinæ.

**C**Armina proveniunt animo deducta sereno;  
 Est mea sed multis Musa referta malis.  
 Me cives circum lacrymarum flumina fundunt,  
 Olsena de multis fletq; doletq; malis.  
 Nam veluti Circus deplumat membra Columba,  
 Ut Leporem rapido lancinat ore canis;  
 Sic in nos belli tempestas plurima sævit,  
 Quæ miseris vestem detrahit atq; cutem.  
 Sunt nobis justis flagra excipienda Jehovæ,  
 Sic meruit cordis non liquefacta silex.

E

Sed

*Sed facilis DEUS est, indulgentissimus omni,*  
*Pectora vel serò cui Metanœa movet.*  
*Ille Ecclesiolæ servetq; regatq; Phaselum,*  
*Eq; pios flammis fluctibus atq; trahat.*  
*Huic Ego thura precum, pro Te, pro Compare castâ,*  
*Proq; tuis oribus, VIR Reverende, fero.*  
*Vitibus ut multis Domini vineta coronas,*  
*In Domini sacrosis Polycarpus agro.*  
*Utq; tuam exornes spartam pro parte virili,*  
*Qua templi tractas munia, quare tори.*  
*Accipiet munus DEUS & non spernet acerram,*  
*In medio & nobis vivere morte dabit.*  
*Pugnaces Sceptro feriet, ferroq; Tyrannos*  
*Collidet, solet ut fictilis olla teri.*

*hæc pauca in strepitu & crepitu  
 bellico adjungere voluit  
 amoris ergo*

**M. GEORGIUS SEIDELIUS**  
*Ecclesiæ Olsnensis Aulicæ &  
 Oppidanæ Pastor Primarius.*

**S**olers Eusebiæ cultor, Sophiæq; Magister,  
 Abraham Eccardi vincla jugata paras:  
 Breslæ judiciis præclari nempe Neandri  
 Natam Annam tibi met consociare studens:  
 Ritè memor mundo status hoc haud interituri  
 Nec bello duro, peste, famere, malis.  
 Augmentum meditans sanctorum, ex codice sacro  
 In mediis turbis certus operis Domini.

Perge

Perge tuum ceptum, Myſta, quod cedat honori  
Divino, vergat tūq; tuæq; bono.  
Cedat idemq; tuis gaudiō, cætuiq; piorum  
Augmento ut voveo, ſint rata vota Deus!  
Conſervato tuos ſervos, & pace quieta  
Tandem nos omnes, ô Deus alme, bea!

M. CASP: Newbold

Diaconus Eccleſia Bernſtad.

Calibis exoſus vel tandem tadia vita,  
Tentas jucundi, gaudia ſacra, tori.  
Ut rectè tentata cadant, Eccarde, potentis  
NUMINIS efficiat gratia dia, precor:}]  
Sponſa novella Tibi ſociali ſœdere juncta,  
Adferat adventu commoda quæq; ſuo.  
Prole tuam repleatq; domum ſecunda, feratur  
Ut per eam ſacrum nomen ad aſtra Dei.  
Floreat inter vos Concordia pulchra, faces ſat,  
Quod gaudet thalamum rumpere litis onus.  
In ſanis ſemper firmentur robor a membris,  
Non morbi vexent corpora veſtra truces.  
Haud adſit vobis Fortuna noverca, ſecundo,  
Omne quod incipitis, tramite, currat opus.  
Quod voveo Sponſo Sponſæq; ô alme voventis,  
Effice, ne fiant irrita vota, Deus!

JOHANNES OTHMANNUS

Fris: Orientalis p. t. Paſtor Turoviensis.

Dum

**D**ùm tibi blanda Venus blanditur, Sponse Magister.  
ECCARDE ABRAHAM, gaudeo, laudo, probo.  
Gaudeo ; nam tecum Genitor, cœliq; soli q;  
Gaudet uterq; chorus, gaudet & ipse DEUS.  
Laudo tuum cœptum, quis culpet, quod DEUS ornat  
Autor Conjugii solus, Amicus Amor?  
Hinc probo, quod septem ratum habent Natura;  
DEUS; Lex;  
Ordo, tuusq; animus, ANNA venusta, Parens.  
Vive diu, lectâ cum Sponsâ, Sponse, Maritus  
Vive diu, Prolem Suscipe, vive diu.

JOHANNES MUROVIUS  
Pastor Wirbiciensis.

